Lapsum aut ingenti nutantem uulnere ciuem
Coicare tuba signum. defendere eisdem
Turribus atque una portarum claue teneri
Sed iam serpentum maior concordia. parcit
Cognatis maculis similis fera quando leonem
Fortior eripuit uitam leo quo nemore umquam
Expirauit aper maioris dentibus apri
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam seuis inter se conuenit ursis
Ast homini ferrum letale incude nefanda
Produxisse parum est cum rastra et sarcula tantum
Assueti torquere et marris ac uomere lassi
Nescierunt primum gladios extendere fabri
Aspicimus populos quorum non sufficit ire
Occidisse aliquem sed pectora brachia uultum
Crediderint genus esse cibi quid diceret ergo
Vel quo non fugeret si nunc hec monstra uideret

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 3_9v – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50632)